Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et non est misericordia et non est scientia dei in terra.
Maledicum et mendacium et homicidium
et furtum et adulterium inundauerunt et
sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc
lugebit terra et infirmabitur omnis qui
habitat in ea cum bestiis agri et in volu-
cribus celi sed et pisces maris congregabuntur.
Verumtamen vnusquisque non iudicetur et non
arguatur vir. Populus enim tuus sicut
hi qui contradicunt sacerdoti et corrue-
es hodie et corruet etiam propheta tecum
Nocte tacere feci matrem tuam con-
cisam populus meus eo quod non habuerit
scientiam. Quia tu scientiam repulisti repe-
llam te ne sacerdotio fungaris mihi.
et oblitus es legis dei tui obliuiscar fi-
liorum tuorum. Ego secundum multitudinem
eorum qui peccauerunt mihi gloriam eorum
in ignominiam commutabo. Peccata populi
mei comedent et ad iniquitatem eorum
subleuabunt animas eorum sicut erit
sicut populus sic sacerdos et visitabo su-
per eum uias eius et cogitationes
eius reddam ei. Et comedent et non
satiabuntur fornicati sunt et non
cessauerunt quoniam dominum reliquerunt in no
custodiendo fornicatio et uinum et
ebrietas auferunt cor. Populus meus in ligno
suo interrogabit et baculus eius
annuntiabit ei. Spiritus enim fornicationum
decepit eos et fornicati sunt a deo suo.
Super capita montium sacrificabant.
et super colles accedebant thymiama
subter quercum et populum et terebinthum.
quia bona erat umbra eius. Ideo for-
nicabuntur filie vestre et sponse vestre ad
ultimum erunt. Non visitabo super filia-
as vestras cum fuerint fornicatae et su-
per sponsas vestras cum adulterauerint.
Quoniam ipsi cum meretricibus vsi sunt
et cum effeminatis sacrificabant et populus
non intelligens vapulabit. Si for-
nicaris tu israhel non delinquat saltem
iuda et nolite ingredi in galgala. Ne
ascendatis in bethauen. Nec iurate
viuit dominus. quoniam sicut vacca
lasciuiens delinauit israel. Nunquid pasce-
et eos dominus. qui agnus in latitudine.
Princeps ydolorum effraym. dimittite
eum separatum est. Cum fornica-
tione fornicati sunt. Dilexerunt
affatim ignominiam. pretores eius. Di-
ligunt sunt cum malis suis. et sum-
dentur a sacrificiis suis. Capt. v.
Audite hec sacerdotes. et attendite domus israel et domus
regis auscultate. quia iudicium vobis est. Quoniam laqueus facti es
estis speculationi. et sicut expansio retis
super thabor. et victimas delinaturis in
Psindim. Et ego eruditor omnium eorum.
Et ego sciui effraym. et israel non est abscondi-
tus a me. Quia nunc fornicatus
est effraym. contaminatus est israel. Non
dabunt cogitationes suas ut reuer-
tantur ad deum suum. quia spiritus fornicationis
in medio eorum et dominum non cognouerunt.
Et respondebit arrogantia israel in facie
eius. et israel et effraym ruent in iniqui-
tate sua ruet etiam iuda cum eis.
In pecoribus suis et in armentis uadent ad
querendum dominum. et non inuenient. abla-
tus est abeis. In domino preuaricati sunt.
quia filios alienos genuerunt. Nunc
devorabit eos mensis cum partibus suis.
Clangite buccina in gabaa. et tuba
in rama. ululate in bethauen. post te
gitum tuum beniamin. Effraym in de-
solatione erit in die correptionis. In tri-
bubus israel ostendi fidem suam sunt prin-
cipes iuda qui assumentes finitimum.
Super eos effundam qui agunt ira mea.
Calumpniam patiens est effraym frac-
tus iudicio. quoniam cepit abire post sor-